

DE DIALECTICIS LOCIS BREVITER¹ ALI/QUA DICENDA SVNT ex quibus
argumenta sumi possunt. {^{1185A4-B5} Locus igitur est ar/gumenti sedes². Qui
partim³ maxima propositio⁴, partim⁵ maximae proposit/ionis differentia intelligitur.
Nam cum sint propositiones quae per⁶ se notae sint, ut / nihil indigeant q`uo`
demonstrentur, hae⁷ maximae et principales uocantur. Aliae / enim sunt
propositiones quarum fidem supradictae illae maximae suppleant, / ut omnium
propositionum que in dubitatione sunt, illae integram teneant fidem / quibus
nihil⁸ queat notius inueniri. Nam si argumentum est quod rei dubiae faciat fidem, /
idque notius esse oportet quam illud est quod probatur, necesse est ut argumentis
omnibus / illa⁹ maxima fidem tribuant¹⁰, quae ita per se nota sunt ut aliena probatione /
non egeant. }

{^{1186D6-10} Omnes igitur loci, id est maximarum differentiae propositionum,
aut ab / his ducantur necesse est terminis qui in questione sunt positi, praedicato scili/cet
atque¹¹ subiecto, aut extrinsecus adsumantur, aut eorum medii atque inter u/trosque
uersantur. }

(*Schema*)

- qui ab ipsis ducuntur
- hii medii
- qui extrinsecus adsumuntur

{^{1186D11-87A3} Eorum uero locorum qui ab ipsis ducuntur terminis, de quibus
in questione / dubitatur, duplex modus est.

(*Schema*)

- a substantia

1 breuiter] BREBITER *K*
2 sedes] sedis *K*
3 partim] parte(m) in *K*
4 propositio] proposition[e] *K*
5 partim] parte(m) in *K*
6 per se] persae *K*
7 hae] ha *K*
8 nihil queat] nihilq(ue) a *K*
9 illa maxima] illa(m) maxima(m) *K*
10 tribuant] trisuanti *K*
11 atque] adq(ue) *KL*

- ab his¹² quae substantiam consequuntur¹³ |58v|

Hi uero qui a substantia sunt, in sola definitione consistunt. Definitio enim substan/tiam monstrat et substantiae integra demonstratio definitio est. } Quae definitio / per syllogismum poterit adprobari¹⁴ hoc modo, ut si quaeritur an homo substantia / sit, faciemus ita: Omnis homo animal est, omne animal substantia est, omnis igitur / homo sub`stantia est. {^{1187A10-B1} Hic questio de genere est: utrum substantia homo sit, queritur. / Locus, qui in uniuersali propositione consistit. Qui locus nuncupatur a definiti/one.} Ecce enim ab uno termino, qui in questione locutus est, id est a substanti/a, per definitionem¹⁵ factus est syllogismus. Qui probatur per illam maxima propositio/nem, quae adprobari non indiget, quia quod inest generi, necesse est ut insit specie. /

{^{1187B13-15} Cuius syllogismi, qui a substantia ducitur, duplex modus est.

(Schema)

- definitionis
- descriptionis }

Et definitione iam dicum est, quae ex genere et differentiis constat, nunc de dis/cruptioine dicendum est. De`s`criptio uero per accidens et proprium fit. {^{1187C11-D8} Cuius tale sit / exemplum, ut si queratur an iustitia substantia sit, hoc modo. Si iustitia sub/stantia est, uelut generi suponatur, dicimus ita: substantia est quod omnibus acci/dentibus possit esse subiectum, iustitia uero nullis accidentibus subiacet, iustiti/a igitur substantia non est. Locus, id est maxima propositio, eadem quae superius. Cuius / enim definitio uel descriptio ei¹⁶ quod dicitur species esse non conuenit, id eius quod esse spe/cies perhibetur, genus non est. Descriptio uero iustitiae substantiae non conuenit. Iustitia / igitur substantia non est. Locus differentia superior a descriptione. }

{^{1187D9-88A2} Sunt etiam de/initiones quae non a rei substantia sed a nominis significatione ducuntur, ut si sit questi/o utrum politicae¹⁷ studendum sit, erit argumentatio talis: politicae studium ciuitatis est, |59r| huic studendum nemo dubitat, studendum igitur est politicae. Hic enim non definitio / rei, sed nominis inerpretatio argumentum dedit. }

¹² his] is *K*

¹³ consequuntur] consecantur *K*

¹⁴ probari] probare *a.c. K*

¹⁵ definitionem] definitione *K*

¹⁶ ei quod] eiq(ue) *K*

¹⁷ politicae studendum] politi e(st) ude(n)du(m) *K*

{^{1188A5-B5} Et de his quidem argumentis, / quae¹⁸ ex substantia terminorum in quaestione sumuntur, eidentibus exemplis ostensum / est.

De his modo dicendum est qui terminorum sub`s` tantiam consequuntur. Quorum multi/plex diuisio est, quia plura sunt quae singulis substantiis adherent, a quibus ar/gumenta duci solent. Qui enim terminorum substantiam consequuntur, hii sunt. /

(*Schema*)

- ex toto
- ex partibus
- ex causis, inter¹⁹ quos sunt et hii
 - uel efficientibus
 - uel²⁰ materia
 - uel fine
 - <- uel a forma>
- ab²¹ effectibus²²
- a corruptionibus
- ab usibus
- aut communiter accedentibus²³ }

{^{1188AB6-C2} Nunc a priori loco, id est a toto argumenta ducuntur. Qui tamen / locus duobus modis fieri solet. /²⁴

(*Schema*)

- aut ut genus in species
- aut ut totum in partibus

Ut si sit quaestio an castitas utilis sit, fit a genere / syllogismus, ita. Omnis uirtus utilis est, castitas au/tem uirtus est, castitas igitur utilis esst. Questio de ac/cidenti, id est an accidat²⁵ castitati utilitas. |59v| Locus is²⁶ qui in maxima propositione

18 quae] qui *K*

19 inter quos sunt et hii *is written under* uel efficientibus *K*

20 uel materia *and* uel fine *are not under* ex causis *but belong to the main division*, uel a forma *is omitted* *K*

21 ab officientibus(!), a corruptionibus, ab usibus, *and* aut communiter accedentibus *belong to the second division*

22 effectibus] officientibus(!) *K*

23 accidentibus] accedentibus *K*

24 / + [ut si sit] *K*

25 accidat] accedat *K*

consistit: quae generi insunt, et speciei. Superior locus / a toto, id est a genere, uirtute scilicet, quae castitatis genus est. }

{^{1188C3-7} Rursus sit questio / an stellae prouidentia²⁷ moueantur, dicimus: exempli gratia si caelum prouidentia moueatur, stelle autem partes caeli sunt, stelle igitur prouidentia mouentur. / Questio de accidenti. Locus: maxima propositio quod toti conuenit, id congruit etiam / parti. }

Rursus conuerso ordine, id est {^{1188C9-D10} a partibus, quae duobus modis argumenta / ministrat.

(Schema)

- a generis partibus quae sunt species
- ab integri, id est totius quae partes tantum modo nuncupantur

De his quidem partibus, quae species sunt, hoc modo sit quaestio: an luxuria male uoluntatis sit habitus. Questio de definitione, id est an habitus male / uoluntatis luxuriae sit definitio. Faciemus ab speciebus argumentationem sic: bris, comesatio, impudicitia, pecuniae profusio habitus male / uoluntatis sunt; haec autem uni luxuriae ut generi subiciuntur, luxuria igitur / male constitutae mentis est habitus. Maxima propositio. Quod enim singulis / partibus inest, idem toti inesse necesse est. Argumentum a partibus, id est a generis partibus, quae species²⁸ appellantur. }

{^{1188D11-13} Item ab²⁹ his partibus, quae integri partes esse / dicuntur, sit questio an sit utilis } domus. Dicimus: si cubacula sit ridinias, basilicae ad commanendum ~~utilis sunt~~; utilis est igitur domus.

{^{1189A4-13} Frequenter euenit / ut ex una qualibet parte argumentationis firmitas constet, hoc modo: ut si de aliquo dubitetur an sit seruus, si eum ex hoste captum esse constiterit, seruus ostensus est, licet et aliae partes erant ponende seruitutis, tamen ab una quodammodo parte factum est argumentum. }

Rursus ab his, / quae substantiam consequuntur, {^{1189B8-C2} quorum communiter dentur exempla, id est a toto **60r** ad partem secundum tempus: si deus³⁰ semper est, et nunc est. A parte a`d` totum secundum / modum [modum]: si Isocrates aliquo modo mouetur, et omnes homo aliquo modo mouetur. A toto / ad partes in quantitate: si omnes homines mensurabiles sunt, et quidam homines / sunt mensurabiles sunt. Idem in loco: si aer ubique est, et hic igitur est. }

26 is] his K

27 prouidentia] prouidentia(m) K

28 species] spacies K

29 ab his] habis K

30 deus] dies K

{^{1189C2-13} Sequitur locus qui nun/cupatur a causis. Et sunt causae plures, id est qui uel initium praestant alicuius / motus, uel aliquid efficiunt, uel formas subiectae suscipiunt. Argumentum igitur / ab efficiente³¹ causa est, ut si quis sapientiam naturalem uelit ostendere, dicat: / consilia hominum naturalia sunt, causas uero hominum consilia faciunt, consilia / igitur hominum naturalia sunt. Quaestio de accidenti. Maxima propositio: quorum effici/entes³² causae naturales sunt, ipsa quoque sunt naturalia. Locus ab efficientibus. } /

{^{1189C15-D7} Item si quis Indos chlamydes non <h>abere contendat, dicit idcirco eos minime chlamydibus³³ / uti³⁴, quia his ex quibus fieri possit desit. Maxima propositio: ubi materia deest, et / quod ex materia effici potest desit. Locus a materia ex efficientibus. Ergo atque / materia uno nomine a causa dicuntur. Utrorumque enim effectus causa est. }

{^{1189D7-13} Item a fine / sit propositum an sapientia bona sit, fiat argumentatio talis: si `sa`pientem / esse bonum est, et sapientia bona est. Est enim sapientiae finis ut quis secundum / sapientiam ad id quod bonum est, debeat peruenire³⁵. Maxima propositio: cuius finis / bonum est, ipsum quoque bonum est. Locus a fine. }

{^{1189D13-90A3} Ab eo uero quae cuiusque forma est, ita / non potuisse bouem sex pedibus ambulare, quoniam non amplius quam quatuor / natura illi formauit. Maxima propositio: tantum posse quaeque quantum forma il/li contulerit. Locus a forma. }

{^{1190A3-B2} Ab effectibus uero uel a generationibus quod idem est, et / corruptionibus³⁶, et usibus, hoc modo: si bonum est ciuitas, et constructio ciuitatis / bona est, igitur bonum est ciuitas. Item si malum destructio ciuitatis, bona est ciuitas; / et si bona est ciuitas, malum est destructio ciuitatis. Item et si bonum est exercitati, / bonum est excercitium; et si bonum est exercitium, bonum est exercitui. Est autem / primum exemplum a generationibus siue ab effectibus, secundum a corruptio/nibus, tertium ab usibus. Omnium autem maximae propositiones: cuius effectio **[60v]** bona est, ipsum quoque bonum est; et cuius corruptio mala est, ipsum bonum est; et cuius / usus bonus est, ipsum bonum est. }

{^{1190B3-11} A communiter autem accidentibus³⁷ argumenta fiunt / quotiens ea sumuntur accidentia quae relinquere substantiam uel non possunt uel non so/lent,

31 efficiente] efficiaente *K*

32 effici/entes] effici/aentes *K*

33 chlamydibus] clamydib(us) *K*

34 uti] ut *K*

35 peruenire] p(er)uenirae *K*

36 corruptionibus] corruptioneibus *a.c. K*

37 accidentibus] accede(n)tib(us) *K*

ut si quis hoc modo dicat: homo iustus nihil iniuste agit, nam quod inicum est malum / factum sequitur. Quod quia iusto non conuenit, ne iniustitiam quidem agit. Quae estio de acci/denti. Propositio maxima: cui non inest [mali] aliquid ei, nec³⁸ illud quid est quod eius est conse/quens inesse potest. Locus a communiter accidentibus³⁹. }

{^{1190B12-C3} Praedictas igitur locis his / qui ab ipsis terminis in propositione positus adsumuntur, nunc de illis dicendum est / qui sunt extrinsecus positi, quique argumenta quaestionibus subministrant. / Hi uero sunt

(Schema)

- ex rei iudicio
- ex similibus
- a ma`io`re
- a minore
- a proportione
- ex oppositis
- ex transumptione } /

{^{1190C3-12} Et ille quidem locus qui rei iudicium tenet, huiusmodi est: ut <si> id dicamus esse / quod uel omnes <iudicant> uel plures. Et hii uel sapientes iudicant uel secundum unamquamque / artem plenius eruditi. Huius exemplum tale sit: terram esse immouilem, quod ita / sapientes atque geometria doctissimi iudicauerunt. Quaestio de accidente. / Propositio maxima: quod omnibus uel pluribus uel doctis uidetur hominibus, ei contra/dici non posse. Locus a rei iudicio. }

{^{1190C12-D4} A similibus uero hoc modo: si dubitetur an homi/nis⁴⁰ proprium sit esse animal, dicimus: similiter inest et boui⁴¹; non autem bouis pro/prium esse animal; non est igitur [nec] hominis proprium esse animal. Quaestio / de proprio. Maxima propositio: si quod similiter⁴² inest, non est proprium, nec⁴³ id quod idem [61r] de quo quaeritur esse proprium potest. Locus a similibus. }

{^{1190D7-91A4} Item ab eo quod est maius: si quaeratur an / sit hominis definitio, quod ex se ambulare possit, dicimus sic⁴⁴: magis oportet esse ho/minis definitionem quod naturaliter `mo`uetur quam quod ex se ambulare possit; / non est

38 nec] ne K

39 accidentibus] accede(n)tib(us) K

40 hominis] homi/ni K

41 boui] uobi K

42 similiter] simileter a.c. K

43 nec] ne K

44 sic] si K

autem haec definitio hominis quod⁴⁵ naturaliter moueri possit; / nec ea⁴⁶ quidem quae minus uidetur esse definitio, quod ex se ambulare possit, animalis / definitio esse putanda est. Quaestio de definitione. Propositio maxima: si id quod / maius inesse uidetur non inest, nec⁴⁷ illud quidem quod minus inesse uidebitur inerit.

Locus / ab eo quod maius. }

{^{1191A4-11} A minoribus uero conuerso modo. Nam si est equi definitio, ani/mal gressibile quadrupes⁴⁸, cumque id minus uideatur esse definitio⁴⁹ equi, / quam animal inrationale mortale quadrupes innibile. Quaestio de / definitione. Maxima propositio: si id quod minus uidetur inesse inest, et id quod / maius uidetur inesse, inerit. }

{^{1191A15-B11} Item ex proportione, ut si quaeratur an ex arbitrio / unius in domo fabricanda⁵⁰ ponendi sunt fabri, dicamus minime. Quia nec / in belli certaminibus unius arbitrio doctores sunt eligendi. Est enim pro/portio⁵¹. Nam ut sese faber habet ad constructionem domus, ita doctores ad ex/ercitium construendum. Quaestio de accidente⁵². <Maxima> propositio⁵³: quod in quaque re / euenit, id in eius proportionali euenire necesse est. Locus a proportione. } /

{^{1191B11-C3} Ex oppositis uero multiplex locus est. Quatuor enim sibimet opponuntur / modis. /

(*Schema*)

- aut ut contraria aduerso sese loco constituta respiciunt,
- aut ut habitus⁵⁴ et priuatio
- aut ut relatio
- aut ut affirmatio et negatio. /

Ab his hoc modo argumenta nascuntur. }

{^{1191C3-7} A contrariis, ita ut: si quaeratur / an sit iustitiae proprium laudari, dicam minime, quoniam nec⁵⁵ iniustitiae / quidem uituperari. Quaestio de proprio.

45 quod] qua(m) *K*

46 ea] an is *K*

47 nec] ne *K*

48 quadrupes] quadrup *K*

49 definitio] definitione *K*

50 fabricanda] stabrica(n)da *K*

51 proportio] p(ro)po/sitio *K*

52 accidente] accede(n)ti *K*

53 Propositio quod] p(ro)portioneq(ue) *K*

54 habitus] abitus *K*

55 nec] ne *K*

Maxima propositio: quoniam contra⁶¹vriis contraria conueniunt. Locus ab oppositis, id est a contrario. }

{^{1191C7-D2} Rursus / sit in quaestione positum, an sit proprium homini sano non amittere⁵⁶ sanita/tem, dicam minime. Nam qui sani sunt, alias et insanos esse contingit. Nam / quod est proprium, non potest a subiecto discedere. Et quoniam ueniente infir/mitate abscedit sanitas, non est proprium homini sano non posse infirmita/tem accidere. Locus ab oppositis secundum habitum⁵⁷ ac⁵⁸ priuationem. }

{^{1191D2-9} Item / sit in quaestione positum <an> domini sit proprium imperare. Dicam recte uideri, / quia serui est proprium imperiis obedire; ut enim se habet dominus ad / seruum, ita imperium ad obedientem. Quaestio de proprio. Propositio ma/xima: <oppositorum> ad se relatorum propria, et ipsa ad se referuntur. Locus a relati/uis oppositis. }

{^{1191D9-14} Item sit in quaestione positum an sit iubentis proprium moueri. / Negem, quia nec non iubentis quidem est proprium non moueri. Quaestio de pro/prio. Propositio maxima: oppositorum opposita esse propria oportere. Locus / ab oppositis secundum affirmationem et negationem. }

{^{1192A2-B6} Ex transumptio/ne uero hoc modo fit, cum ex his terminis in quibus quaestio constituta est, / ad aliud quiddam notius dubitatio transfertur, atque⁵⁹ ex eius probatio/ne ea quae in quaestione sunt posita confirmantur, ut si quaeramus⁶⁰ quid in unoquo/que possit patientia et omnem tractatum ad beatitudinem transfera/mus atque ex eo quod quantum sit in omnibus etiam in singulis ualere firme/mus et pro hoc adsumitur, quia nota est. Idcirco ex transumptione locus in / conuenienti uocabulo nuncupatus est. Quae transumptio et in nomine fit / quoties ab obscuro uocabulo ad notius⁶¹ argumentatio transfer/tur, hoc modo, ut si quaeratur an theologus sit dolosus⁶², sitque incognitum quid / theologi significet nomen. Dicimus ad uocabulum, notius⁶³ transferentes / non esse dolosum qui de deo semper ratiocinatur, notius uero est hoc uocabulum / de deo ratiocinari quam theologi. }

⁵⁶ amittere] amitterae *K*

⁵⁷ habitum] abitum *K*

⁵⁸ ac] hac *K*

⁵⁹ atque] adq(ue) *K*

⁶⁰ quaeramus] q(ue)ra(m)mus *K*

⁶¹ notius] nutius *K*

⁶² dolosus] dolocus *a.c. K*

⁶³ notius] nutius *K*

{^{1192B6-C11} Ac⁶⁴ de his quidem locis qui extrinsecus / adsumuntur, idonee⁶⁵ dictum est, restat ut de mediis disputetur. Medii enim |62r| loci sumuntur uel ex casu, uel ex coniugatis, uel ex diuisione nascentes.} /

(Schema)

- .vi. - a casu
- ex coniugatis
- ex diuisione /

Casus est alicuius nominis principalis inflexio in aduerbium, ut a sapientia / inflectatur sapienter. Casus igitur est a sapientia id uero quod dicimus sapienter / aduerbium. Coniugata uero dicuntur quae ab eodem id est a casu ducta fluxerunt, / ut a bonitate bonus. Haec igitur cum ipsa bonitate coniugata dicuntur, ex / quibus omnibus in promptu⁶⁶ sunt argumenta. Nam si id quod bonum est bene est, et id quod / bene est necesse est ut bonum sit, et qui bonus est iustus est, et iustitia bona est. / Haec⁶⁷ igitur secundum proprii nominis similitudinem consequuntur. Medii⁶⁸ uero / loci appellantur, quoniam si de bonitate quaeritur, a casu uel a con/iugatis argumenta ducuntur, quadam ex ipsis leui in mutatione / deducta. }

Superest ut locum a diuisione quaeramus. Qui tra`cta`tur hoc modo: /

(Schema)

- v. - negatio
- partitio

Omnis diuisio uel negatione fit, uel partitione. [Negatione fit] ut si quis ita pronuntiet: / omnis⁶⁹ substantia aut corpus habet aut non `h`abet. Partitione ue/ro uelut si quis⁷⁰ diuidat: omne animal aut rationale aut inra/tionale est.

Diuisio autem pluribus modis fit, quod in libro De diuisione, |62v| qui a Patricio Boethio in Latino uersus est, qui ----- inueni. Et idcirco ad / huius diuisionis cognitionem congrua petantur exempla fiuntque / argumentationes diuisionis aut ea segregacione que per negatio/nem fit aut ea quae per parti`ti`tionem. Sed qui his diuisionibus utuntur, / quae ex negatione fiunt, aut in aliquid impossibile atque incon/ueniens cadit, unam partem eligens et contingit illum ad

64 Ac] hac K

65 idonee] idoneae K

66 promptu] prompto K

67 Haec] hoc K

68 Medii] mixti K

69 omnis] om(ne)s K

70 quis] qui K

illam / aliam quam relinquerat⁷¹. Rursus conuerti cuius exemplum po/namus, hoc modo. Sit in quaestione propositum an anima in tem/pore sit orta. Quod quia infirmare uoluerit, ita faciet syl/logismum quoniam anima uero aeterna non est anima sine / tempore esse non potuit. Quod autem in tempore fit, habet / originem; anima igitur in tempore nata habet originem. / At⁷² si per impossibilitatem idem desideretur ostendi, dicitur / hoc modo: anima in tempore orta non est, quia omne quod in / tempore fit, aeternum non est, anima igitur aeterna / est; quod putatur incongruum, quia omne quod factum / est aliquando coepit originem ut ita parte praetermissa / ad illam priorem necesse est conuertitur.

Hii uero qui ex / partitione ducuntur, multiplici fiunt modo. Aliquotiens / enim quae diuiduntur simul esse possunt, ut si uocem in signifi/cationes diuidamus, omnes⁷³ simul esse possunt, ueluti cum dicimus / obscuror et actionem et passionem significat; utrumque e/nim simul esse potest. Aliquotiens ueluti⁷⁴ negationis modo quae diui/duntur simul esse non possunt, ut aut loquitur aut non loquitur. / Fit autem ratiocinatio in priore quidem modo diuisionis, aut / quia omnibus adest quod quaeritur aut uel non adest, aut / idcirco alicui adesse uel non adesse quod aliis adsit aut **[63r]** minime. [...] Nam si quaeratur utrum homo substantia sit, atque⁷⁵ / haec diuisio fiat: homo uel terrenus animal uel marinus uel / celestis sideris nomen, demonstretque⁷⁶ per singula hominem / terrenum esse substantiam⁷⁷ et marinum quoque et celestem / substantiae possit supponi, monstrauit hominem esse substan/tiam. In illis argumentis quae per partitione fiunt, id est aut / loquitur aut tacet, ita si loquitur non tacet; si non loquitur, ta/cet; si⁷⁸ loquitur, igitur non tacet; si⁷⁹ tacet, igitur non loqui/tur. Omnis dialectici ex quibus argumenta transitur ad omni/a quae in questionibus uenire possunt in omnibus causis uel / rebus expleti esse noscuntur.⁸⁰ **[63v]**

⁷¹ relinquerat] relenquerat *a.c.* *K*

⁷² At] ad *K*

⁷³ omnes] omnis *K*

⁷⁴ ueluti] uelut in *K*

⁷⁵ atque] ad quae *K*

⁷⁶ demonstretque] demonstrarit(!) quae *K*

⁷⁷ sustantiam] substantia *K*

⁷⁸ si] sed *K*

⁷⁹ si] sed *K*

⁸⁰ *hic librarius scribere desiit* *K*